

Sermo

et tu potes ei subuenire. et quare non subuenis
eis? Audi quod anime clamant: Misere mini
mei. misere mini mei. Et sunt due cause que
bis dicit Misere mini misere mini. Prima est
quod si diceret. quare estis in mundo ubi est miseri
cordia. ps. cxviij. Misericordia domini plena
est terra. Secunda quare nos anime in purgato
rio sumus in miseria et paupertate. et ita pau
peres sumus si totus mundus daret nobis
per uno obolo non haberemus. nec habemus
amplius corpora nostra. ut possemus ieiunare
meritorie. nec habemus res temporales. ut pos
semus elemosynas dare. nec aliquo modo
possumus nobis ipsis subuenire. ergo misere mi
ni nostri vos amici nostri. quasi diceret. Alie
ni nolunt nobis misereri: unde tu vxor mea.
tu fili mi. tu filia mea. tu que es consanguinea
meus. vos que possidetis hereditatem nostram
et propter vos in purgatorio positi sumus et pro
pter peccata vestra. Et si quis quereretur: Quare est
causa que tui debeo misereri. Tunc anima
illa respondet. quare manus domini tetigit me. et quare
me persequimini sicut deus. quasi dicat. deus
punit cum sua iusticia penam mihi infligendo
et vos amici punitis in pena me relinquen
do. et carnibus meis saturamini. in meis tem
poralibus diuitiis. quasi diceret. iniustum est quod vos
amici in pena me relinquitis. quare vobis omne
commodum temporale preparavi. et animam meam se
pe neglexi. Et ista iam dicta isti pueri et con
sanguinei non attendunt. quod de bonis penitentium
et consanguineorum pulcras vestes et equos
pulcros emunt. et domos magnas edificant.
et in gula. et in superbia. et in luxuria. et in ludo
taxillo et omnia illa bona consumunt. Sicut vxor
que alium maritum duxit. Et breuiter omnes homines
que hereditatem bona defunctorum tenent subue
nire ipsis a quibus habent illa bona. Quod si
non fecerint. tunc ipsę anime conquerrunt de ip
sis. Tertio conquerrunt de testatoribus que non
expediunt testamenta ipsis commissis sed prolon
gant et pertrahunt de die in diem. Et hoc est contra
charitatem et fidelitatem. quare secundum beatum Iohannem
de aquino: Anime carere interim subleua
mine quod eis deberet fieri de illo testamento
si debito tempore expeditum fuisset. Unde in
decreto dicit. Multum delinquit qui differunt
exequi mortuis testamentum. xiiij. q. ij. que ob

lationes. De talibus que defraudant animas
dicitur in decreto. Debita suffragia pro mortuis
non reddentes. fures sunt et sacrilegi et exco
municandi. xiiij. q. ij. que oblationes. Quarto
conquerruntur de sacerdotibus et religiosis
et pauperibus que elemosynas defunctorum re
cipiunt. et pro ipsis non fideliter orant. Sicut sacer
dotes que habent prebendas et altaria. Sicut reli
giosi que possident monasteria cum bonis ap
propriatis ipsis monasteriis. et non fideliter
orant pro illis animabus a quibus talia habent.
Quia omnes homines que de elemosynis viuunt
magis debent esse deuoti et in orationibus as
sidui. Quia non solum debent orare pro se
ipsis sed etiam pro viuis et defunctis quorum
elemosynis sustentantur. Unde in decreto dicitur
Receptores elemosynarum plus debent ora
re. x. q. i. quare sacerdotes. Nec aliquis qui de
labore possit se nutrire. debet elemosynas
recipere. sed debiles et infirmi pauperes et claudi
Unde Impotentibus ad laborandum tantum mo
do danda est elemosyna. Ultimo sciendum quod
hodierna die multe anime defunctorum per suf
fragia omnium christifidelium liberate sunt a
purgatorio. Et hoc sensum est quod in una die
quindecim milia animarum sunt liberate a
purgatorio. quare hoc in promptuario. p.
xciiij. Etiam vxor liberavit animam mariti
sui a purgatorio ibidem. p. c. Etiam ma
ter que inconsolabiliter fleuit super filium suum de
functum. ibidem. p. xcviij. Etiam mater que
in quinq; annis liberavit animas filij sui.
ibidem. p. xcviij. Etiam pueri debent pa
rentibus subuenire. ibidem. p. xcix.
De sancto Martino episcopo
Sermo. xliij.

Ecce sacerdos
magnus qui in diebus suis pla
cuit deo et inuentus est iustus. Eccl. xliij. Iste
sacerdos magnus fuit sanctus Martinus
qui non solum placuit deo. sed etiam omni
bus sanctis et angelis in celo. et omnibus
bonis hominibus in mundo. Unde in presen
ti sermone ad honorem sancti Martini tria
sunt dicenda. Primo privilegia sancti Mar
tini. Secundo aliquid per informationem nostra
Tertio aliquid miracula per nostram consolationem

Quantum ad p̄mū sciendū q̄ sanctus Martin⁹ habet nouē p̄uilegia. **Primū** q̄ i iuuetute incepit dño seruire. ⁊ suā baptismalem innocentiaꝝ omnib⁹ dieb⁹ vite sue seruauit. ⁊ nunq̄ mortaliter peccauit. **Un̄** legit⁹ q̄ cū esset decem annorū inuitis parentib⁹ gentilib⁹ ad ecclesiā pfugit. et se fieri cathecuminū postulauit. Etiam cum esset duodecim annorū heremū cōcupiuit. fecissetq̄ votū si carnis infirmitas non obstitisset. Etiaꝝ ob amorem iesu christi a iuuentute sua p̄entes deseruit. seculū p̄tēpsit ⁊ miliciā resignauit. **Matth. x.** Qui amat patrē aut matrē sup̄ me. nō est me dignus. **Secundū** p̄uilegium q̄ pauperibus multū misericors fuit. q̄ d̄ eo legit⁹ q̄ nihil de stipendijs p̄ter quotidianū victū re-seruās. de crastino nō cogitabat. **i. Limo. th. vi.** Habētes alimēta ⁊ q̄bus tegamur bis cōtenti sumus. Et illa misericordia ad p̄imos habet tres gradus. **Primus** gradus est dare p̄tem de sup̄fluis ⁊ p̄tem retinere. **Lud. xi.** Nō sup̄est date elemosynā. **Secūdu**s est dare oīa sup̄flua. ⁊ retinere necessaria. **Tertius** ē dare necessaria. sic il la uidua de q̄ habetur **Lud. xxi.** q̄ in ga-gophylatio totū victū posuit. et h̄ ē sūm⁹ gradus. **Beatus** autē Martinus non tantū habuit p̄mū ⁊ secūdu gradū liberalitatis. sed ⁊ tertiu. q̄ ea q̄ sibi erāt necessaria largit⁹ est. sicut qñ p̄tez chlamydis paup̄i tribuit ⁊ diuinit. et h̄ tantū placuit christo q̄ ipsum in p̄ntia angelorū ⁊ sanctorū cō-mēdauit dicens. Martinus adhuc cathecuminus hac me veste cōtexit. **Un̄** de eo legit⁹. q̄ in vna festiuitate magna qñ erat episcopus. volens ire ad ecclesiā et sacrū officū pagare. quidam pauper nudus secutus est eū. tūc beatus Martinus p̄cepit archidiacono suo vt vestiret illū paup̄ez. Sed cū ille distulisset. bt̄us Martinus īgressus est locū secretū. ⁊ tunicā paup̄i tribuit ⁊ p̄tinuo eū abire iussit. Archidiaconus x̄o iussit ⁊ monuit beatū Martinū. vt ad solēnia missarū p̄cederet. ⁊ cernēs q̄ tunicā paup̄i dedisset. **Cōpulsus** ad forū cucurrit ⁊ vilē vestē p̄ sex denarijs emit. ⁊ añ pedes sancti Martini piccit. Ita bea-

tus Martinus illaz induit. cuius manice ad cubitum. lōgitudo ad gēua extendit. **Cū** autē missam celebraret et manib⁹ corp⁹ christi leuaret. tunc ambē manice de brachijs ceciderunt. ⁊ nuda brachia apparuerūt. itatim cūctis cernētib⁹ angeli brachia cooperuerūt. **Tertiu** p̄uilegiū. q̄ x̄ginitatem suā seruauit. **Un̄** de eo canit. **Cor-pore** quidē x̄gineo. Etiaꝝ patuit post mortē suā. q̄ caro sua vt nix lucebat. **Quarto** q̄ magnā humilitatē seruauit. **Nā** cū esset tribunifili⁹ q̄ p̄est multis. vno suo erat p̄tent⁹. q̄ vna secū cibū capiebat. sibi sepe mīstrabat. sibi sepe calciamēta detergebat atq̄ strāhebat. sequēs vestigia christi q̄ dixit **Matth. xx.** Fili⁹ hoīs non venit ministrari s̄ ministrare. **Un̄** d̄r q̄ ex humilitate nulla vnq̄ cathedra vsus est. s̄ sedebat in sede rusticana quā tripedē vocant. **Itē** fuit multē humilitatis. Nam leprosu quēdā cūctis horribilē parisijs obuiā habens ipsam osculat⁹ est atq̄ b̄ndixit. ⁊ statim mūdatus ē. **Quintum** q̄ artam et scām vitā duxit ī cibo potu vestitu ⁊ lecto. **In** cibo q̄ in monasterio suo cū fratrib⁹ suis radices herbarū ⁊ aquā bibebat nec vllus vinū gustabat nisi in infirmitate ⁊ quasi quotidie ieiunabāt. grossūz panē hora nona comedebāt. **In** vestitu q̄ die ac nocte ciliciū deferebat. **In** lecto. q̄ sup̄ lectū cinere sparsum dormiebat. **Un̄** cū egratasset vsq̄ ad mortem. et discipuli sui lectū sibi p̄parauerūt. ille iussit eū deicere et se sup̄ terraz iussit deponi. Etiaꝝ habuit magnā deuotionē in orōne. **Un̄** de eo d̄r. **Oculis** ac manib⁹ in celum semp̄ intentus inuictū ab orōne spiritum non relaxabat. **Sextum** quia magnam misericordiaꝝ habuit super peccatores. q̄ nullū peccatorem quantūcūq̄ magnūz respuit. **Un̄** cū diabolus beatū Martinūz reprehēderet. q̄ sic frequēter peccatores ⁊ indifferenter ad misericordiam et penitentiam reciperet. **R̄ndit** bt̄us Martin⁹ diabolo. **Si** tuiple o miserabilis ab hominū īfestatiōe desisteres. ⁊ factorū tuorū p̄niteres. ego tibi confisus in domino. christi misericordiaꝝ pollicerer. Etiaꝝ nemo vidit vnq̄ beatum

Martinū iratū. nisi pax et misericordia in-
erāt cordi eius. **Septimum.** qz in vita
sua placuit deo et oībus sanctis eius et an-
gelis. Fuit autē dilectus a p̄re cuius signū
est. qz tantā potentiaz miraculoz habuit.
P̄ri quidem attribuit potētia et miracu-
la facere. **Magne** enī potētie est sic in fine
h̄monis patet ī miraculis q̄ fecit. Fuit di-
lectus a filio. cui⁹ signū est. qz ipsuz p̄men-
dauit corā angelis dicens: Martinus ad
huc ē. Fuit dilect⁹ a s. s. cui⁹ signū est qz ī
specie ignis sup caput ei⁹ appuit. Fuit di-
lectus a beata x̄ging. cui⁹ signum ē. qz se-
pe eū cū alijs x̄ginib⁹ visitauit. **Un** legi⁹
qz cū ipse in cella solus esset. et loq̄ cū pluri-
bus audiret a discipulis. interrogatus ab
eis. **R**espōdit. Maria et agnes et tecla ad
me venerūt et sepius me visitauerūt. Fuit
dilectus ab angelis. cui⁹ signū est. qz in vi-
ta sua sibi celebrāte astiterūt et ad eius obi-
tū puenerūt. et animā eius in celū deduxe-
rūt. **Octauū** qz dignitatē et ptem habet
cū oībus sanctis noui testamēti. **P̄ri**mo
cū aplis. qz spūss sanctus sup eū sicut super
ap̄los in specie ignis descēdit. **Un** habet
de eo qz cum p̄ vniuerso grege sibi p̄missio
dep̄caret. globus igneus apparuit sup ca-
put ei⁹. **Itē** cū martyrib⁹ Fuit enī martyr
si nō actu tñ voluntate. **Un** bilaris. **O**
Martine medicamentū et medice. **O** san-
ctissima anima quā et si gladi⁹ p̄secutoris
nō abstulit. palmā tñ martyrij non amisit
Fuit p̄fessor qz christum corde ore et opere
p̄fessus est. Fuit et x̄go. qz integritatē cor-
poris et mentis seruauit. **Nonū** qz p̄ totū
mundū hodie eius festū solē iter celebrat
et nulli⁹ p̄fessoris p̄terq̄ sancti Nicolai. qz
inter oēs p̄fessores festa istoz scz Martini
et Nicolai celebrant vniūsaliter. q̄nis p̄ti-
culariter in aliquib⁹ puincijs festa aliquo-
rū p̄fessorū celebrant. sic festuz beati Arbo-
gasti ī diocesi argētine. et sancti Adalrici
ī augustensi. **Lamberti.** **Leodineū.** **Sene-
rini.** **Colonien.** **Quantū** ad secundam p̄-
tez istius h̄monis sciendū ex q̄ sc̄tis **Mar-**
tinus nōiatur gēma sacerdotū. tūc p̄ n̄ra
informatione dicendū est h̄ de dignitate
sacerdotū. et q̄re ab oībus hominib⁹ hono-

randi sunt. **Un** notandū qz sacerdotes
merito sūt honorādi ppter dignitates q̄s
habēt a deo. **Nā** sacerdos aliq̄ modo est
filius virgini **Marię.** **P̄ri**mo sicut virgo
Maria p̄ quinqz x̄ba p̄cepit christum ie-
sum. vt habet **Luc. i.** **Fiat** mihi h̄m ver-
bum tuū. **Sic** sacerdos p̄ quinqz verba cō-
ficit corpus christi. **Un** **Bern.** **O** venerā-
da dignitas sacerdotū. in quoz manibus
tanq̄ ī vtero x̄ginis dei fili⁹ incarnatur.
Etiam sic beata x̄go post ptum. christuz
portauit in manib⁹ et in p̄sepe collocauit.
sic sacerdos post p̄secrationē leuat christū
in missa. et talis eleuatio signat eleuationē
christi in cruce. et postmodū locat et portat
christuz p̄ plateas et villas ad infirmos et
tractat eū cūz manib⁹ suis. sic beata virgo
eum tractauit cum maternis manib⁹ suis.
Etia sciendū qz dignitas sacerdotū. aliq̄
modo p̄cellit dignitatē angeloz. qz nulli
angeloz data est ptas p̄ficiēdi corp⁹ chri-
sti. **Un** minor sacerdos ī terris pōt h̄ qd
sūmus angelus nō pōt in celis. **Aug.** **Cō-**
secratione facta tota celestis curia sibi ser-
uit. et dominus celi ad eūz descendit. **Un**
Ambro. sup **Luc. 3.** **Nō** dubites assistere
angelos qn christus assistit in altari. **Un**
sacerdotes sunt honorādi p̄ oībus regib⁹
principib⁹ militib⁹ et nobilib⁹. qz christ⁹ de-
dit eis ptatem soluēdi et ligandi. **Matth.**
xvii. **Quicunqz** ligaueris sup terram et c.
Un in decre. dī. **Sacerdos** in p̄sona dei
ē honorāndus. ḡ sacerdotes et clerici debēt
esse p̄tinētes et casti. nec omnino mulierib⁹
cohabitare. h̄m qz eis p̄cipit. ex d̄ cohabi-
tatione clericoz et muliez. c. a nobis. **Un**
sciendū qz sacerdos fornicarius. vel existēs
sciēt in quocūqz pctō mortali nō dū vere
p̄triet nec dignā agēs penitentiā vt opor-
tet quotiēs actū alicui⁹ ordinis fac peccat
mortalit. vt q̄ baptizat vel absoluit p̄fitē-
tes v̄l sac̄m eucharistie v̄l extreme v̄nctio-
nis p̄bet. aut p̄dicat aut m̄fimoniū solēni-
cat v̄l aquā et sales in d̄nica exorcizat. aut
p̄plm asp̄git. v̄l qd mai⁹ his oībus ē quo-
tiens missam celebrat in omnib⁹ istis. et in
alijs actib⁹ qui sacris ordinib⁹ sunt annexi
et in quolibet ipsoz singulariter exercēdo

moraliter peccat. et toties quoties aliquem
actum vel minister ecclesie exequitur et exercet
Sicut ex dictis sancti **Thome** d' aquino
i. iij. dis. xliij. manifestissime probatur. **Ac**
non solum in actibus iam dictis. sed etiam secundum bea-
tum **Dionysium**. i. c. celestis hierarchie. quoniam
et quoties ad aliquem hominum actum exercendum
aliquam vestem induit siue sumit. vel albam
stolam vel manipulum vel calicem aut alias sa-
cras vestes coniunctim vel diuisim. **Quod** re-
uera satis est horrendum stupendum atque pi-
culosum valde. in tali statu atque dignita-
te tot et tantis criminibus subiaceret atque im-
plicari. **Unde** non immerito dicitur: quanto gradus
altior. tanto calus grauior. **Etiam** sacerdos
incontinentes aut publicos fornicarios est sus-
pensus ipso iure a diuinis. et missa eius non
debet audiri. ut patet extra de coha. de. et
mul. c. vestra deuotio. **Audies** autem missam
eius peccat mortaliter secundum **Tho.** in. x. qdli-
beto. q. viij. **Hoc** autem intelligitur de publi-
cis fornicariis. et si sic celebrat fit irregula-
ris. **Queritur** utrum episcopus in talibus pos-
sit dispensare. **Respondetur** quod sic. **Et** quod dispen-
satio in tali casu non est prohibita. **Et** iura que
inueniuntur in contrarium illa intelliguntur
de suspensio ab homine. non a iure. quia iura be-
nignius solent agere quam homines. **Hec** **Guil-**
helmus. **Etiam** queritur utrum clerici qui expen-
dunt primum crucifixi cum meretricibus
teneant ad restitutionem. **Respondetur** quod
clerici qui res ecclesie pludunt vel dant non so-
lum meretricibus. sed etiam histrionibus vel etiam
suis sanguineis. non propter naturam susten-
tandam. sed ut faciunt eos diuites de primo
crucifixi. raptos sunt. et peccant mortaliter.
et tenentur ad restitutionem. **Etiam** queritur utrum
faciant restitutionem. **Respondetur** si sunt patri-
monium seculare de his possunt facere. vel ali-
quid de artificio vel labore manuali. dictis
possunt restituere. sed de rebus ecclesie non possunt
restituere. quia quicquid eis superest super victum
et vestitum. sed debet dari pauperibus. **Unde** in
decre. di. **Bona** sacerdotum sunt bona pau-
perum. dis. xlvij. sic hi. **Item** xvi. q. i. c. vlt.
Nisi sibi tunc subtraheret de necessariis. vel
nisi res quas de primo habuerunt vel de
artificio expendissent in vltus ecclesie. **hec**

Guilhelmus. **Etiam** queritur utrum concubi-
ne sacerdotum vel etiam meretrices teneant re-
stituere quod a sacerdotibus vel religiosis pro
tali illicito opere receperunt. **Respondetur** secundum
Ray. quod sic. **Quia** fornicariis et hominibus turpes
personas si a sacerdotibus receperunt. tenent ipsi
ecclesie vel pauperibus restituere. **Si** autem a re-
ligiosis tunc tenentur monasterio restituere
Nisi forte fuerit eis datus cum elemosine in
summa necessitate. quia tunc fuit debitum. **Idem**
hosti. **Quantum** ad tertiam partem huius
sermonis sciendum. quod omnes christifideles de-
bent hodie beatum **Martinum** honorare et
eum tanquam singularem patronum inuocare in
omnibus necessitatibus et infirmitatibus. **Et**
primo infirmi. **Unde** legitur quod beatus **Marti-**
nus quando infirmum leprosum cunctis hor-
ribilem panis obuiam habuit. quem oscu-
latus est atque benedixit. statimque mundatus
est. **Etiam** qui quandoque venenatum cibum ex igno-
rantia sumunt. **Unde** legitur quod cum beatus **Marti-**
nus ab arrianis hereticis esset eiectus. ve-
nit ad insulam quandam cum vno solo presbytero
terro. ubi presbyter elleborum gramen venenatum
inter alias herbas in cibum sumpsit. et mor-
tem sentiens. beatus **Martinus** omnem
venenositatem virtute orationis fugauit
Etiam qui incurrit periculum canum. **Unde**
cum quidam discipulus sancti **Martini**
valde infestaretur a cane latrante. conuer-
sus ille ad canem ait: **In nomine Marti-**
ni inbeo te obmutescere. canis continuo ob-
mutuit. **Etiam** in periculo maris. **Unde** le-
gitur quod cum quedam navis periclitaretur
quidam negociator nondum christianus
exclamauit: **Deus Martini libera nos.** et
statim tranquillitas magna successit. et ille
paganus fide recepit. **Etiam** penses cum pue-
ris. **Unde** cum quidam iuuenis defunctus fuisset
et mater eius cum lachrymis per resurrectionem
filij beatum **Martinum** exoraret. ille in me-
dio campi ubi magna multitudo gentiliu
erat genua flexit. et pro puero orauit. **Et**
puer statim surrexit. quia propter omnes illi
gentiles ad fidem conuersi sunt. **Etiam** in pe-
riculo ignis **Unde** cum in quodam phano ignem
misisset beatus **Martinus**. statim in domo
prima herente ei ab agere vento flamma

ferebat. tunc sanctus Martinus super tectum domus ascendens signum crucis edidit. et statim ventus in aliam partem se vertit. Etiam refert seuerus in epistola ad eusebium. quod cum beatus Martinus in quandam ciuitatem sue diocesis venisset. et clerici lectus ei preparassent. circa mediam noctem tota illa domus accenditur. et Martinus rediens ad solitum orationis refugium. et crucis emittens signaculum. in medio ignis illesus permansit. Monachi igitur concitati percurrunt. et Martinum quem iam presumptum putabant de medio flammarum illesum deducunt. Etiam qui persecutiones et tribulationes patiuntur. debent inuocare beatum Martinum. Unde legitur cum beatus Martinus quadam vice in veste hispida nigro pallio circumtectus super asellum precederet. equis pertrauenientibus expauescens. in terram saltu precipiti se dederunt. qui sanctum Martinum accipientes graniter verberauerunt. prout autem animalia humo fixa manebant. ut quantumcumque flagellata velut saxa moueri non possent. quousque ad Martinum redeuntes et peccatum suum quod ignoranter in eum commiserant peritantes. ille eis licentiam dedit et gradu concito animalia precesserunt.

De sancta Elisabeth. Sermo. xliij.

Ora pro nobis

Quia mulier sancta es Judith. viij. Verba ista dicta sunt a filiis israel cum essent in magnis tribulationibus ad Judith. ut ipsa oraret pro eis. ut deus eriperet eos ab instantibus periculis. Et illa verba nos christiani qui sumus in multis tribulationibus et periculis constituti. etiam deuote dicere debemus ad sanctam Elisabeth. Ora pro nobis quoniam mulier sancta es. Unde in presenti sermone ad honorem sancte Elisabeth et ad edificationem nostram tria sunt dicenda. Primo privilegia sancte Elisabeth. Secundo aliquod pro informatione nostra. Tertio miracula aliquod. Quantum ad primam partem istius sermonis sciendum quod sancta Elisabeth habet nouem privilegia. Primum quod fuit filia regis ungarie. et in hoc fuit similis sancte Katherine costis regis filie. Et etiam quod in iuuentute incepit deo seruire. et in hoc similis

fuit sancto Nicolao. Unde legitur cum beata Elisabeth adhuc esset puella quinquennis. in ecclesia gratia orandi sepe permanserat. ut cum eius sodales vel ancille auellere vix valerent. quam cum ancille vel coetaneas obseruaret aliquando illis causa ludendi versus capellam insequi videbatur ut ex hoc intrandi ecclesiam oportunitatem captaret. Quare ingrediens genua flectebat aut per animum taliter incubebat. et licet peritiam litterarum non haberet. tamen coram omnium oculis sepe psalterium expandebat. et quodammodo se legere fingebat. ne velut occupata aliis impediret. De quoque cum puellis ad terram perscrutata ludis specie mersurabat ut sub tali occasione deo reuerentiam exhiberet. In ludo etiam annulorum et in aliis ludis spem totam ponebat in deo. et ex his que lucrabat vel alias possidebat. puellis pauperculis dedit. inducens eas per illam ad orandum orationem dominicam. et ut crebro reginem Mariam salutareretur. Secundum privilegium. quod beatam virginem Mariam in aduocatam et patronam. et beatum Iohannem apostolum et euangelistam in sue castitatis custodes elegit. Cum enim singule cedule singulorum apostolorum nominibus inscripte. ipsa tribus vias cedulam ubi nomen sancti Iohannis erat inscriptum ut desiderabat accepit. ad que tante deuotionis ferebat affectum. ut nil in eius nomine petentibus denegaret. Tertium quia propter dilectionem dei sepe sibi prospera mundi subtraxit. Nam cum in aliquo ludo sibi prosperare succederet. reliquum intermittere dicebat. Nolo precedere. sed propter deum reliquum intermitto. Ad choreas quoque a puellis ceteris aduocata. cum unum circuitum pegisset. dicebat. sufficiat nobis unus circuitus. nam propter deum alios dimittam. et sic per talem modum puellas a vanitatibus terpebat. Quartum. quod festa sollicite et deuote colebat ut etiam manicas sibi consui nulla ratione pateretur. antequam solennia missarum implerentur. Officium ecclesiasticum cum tanta audiebat reuerentia. ut cum sanctum euangelium legere tur. vel cum sacra hostia conficeretur monilia deponeret. et cetera capitis ornamenta in imo loco locaret. Vestimentorum superbiam semper abhorruit. et in his semper